



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An propter manductionem & post actionem Sacramenti, donetur remissio  
peccatorum. tit. 91

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

rie? si totum Sacramentum, corpus & sanguinem  
eius id non sufficit? si partem, tunc diuidunt Sacra-  
mentum, & accipiunt frustulatum. Sed ubi præcepit  
(id est, utranque speciem sumere) Christus laicis no-  
celebrantibus &c?

**AN PROPTER MANDVCA-**  
**tionem & post actionem Sacramenti, da-**  
**netur remissio peccatorum.**

## TITVLVS XC I.



Rlmō, saluator noster Christus vero  
quodque Sacramentum instituit, pro-  
pter speciale suum opus & efficaciam  
sic Baptismum, ut in illo accipiant  
primum per fidem remissionem peccatō-  
rum, sicut Amor. 2. Petrus dicit: Baptizetur quip  
in remissionem peccatorū in nomine Christi. In Ba-  
ptismo donatur igitur remissio peccatorum: ad hoc  
opus est institutum.

Secundō, instituit Christus Sacramentum peni-  
tentiæ, vt per illud lapsi iterum impetrarent gratiam &  
remissionem peccatorum. Mar. 1. Pœnitemini &c.  
dite Euangeliō, Mat. 3. & 4. Pœnitentiam agite, &c.  
Ad hoc opus, id est, remissionem peccatorū, hæc duo  
Sacramenta propriè sunt instituta, sicuti verba Chri-  
sti sonant Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fu-  
rit, saluus erit, & Mat. 3. & 4. Pœnitentiam agite, &  
propinquabit regnum cœlorum, &c.

Tertiō, instituit Christus Eucharistiam im- mē-  
riam passionis suæ, id est, vt circa illud, pensamus eadē  
fam cur Christus natus ac passus sit, id est, propter no-  
stra peccata, Rom. 4. vt nos saluaret, & pro nobis fa-  
ctus victimā, Esa. 53. ne tam grande beneficium Dei  
obliuisceremur, sicut Iudæis præcepit manducare  
agnum paschalem annuè, ne obliuiscerentur benefi-  
ciū liberationis ex AEgypto, Exod. 12. Sic Paulus pre-  
dicat.

Et hoc Sacramento vtendum esse in mēmoriā paſ-  
ſonis, i. Corint. II.

Quarto, si Eucharistia eſſet instituta ad remiſſio-  
nem peccatorum, tunc tollerentur ē medio hæc duo  
Sacramenta, id est, Baptismus & pœnitentia: non eſ-  
ſet opus baptizare aut pœnitere. Nam per solam  
ſumptionem Sacramenti impetrarem remiſſionem  
peccatorum & ſic illa duo Sacramenta gratis eſſent  
instituta.

Quinto, ſi hæc doctrina eſſet vera, nemo poſſet in-  
dignè ſumere Sacramentum: ſed quanto magis pec-  
cator, tanto dignius communicaret: non impediret  
odium, hærelis, fornicatio, adulterium, &c. & ſic non  
fuiffet opus Paulo admonere, ut priuilegium quis ſeſe  
probet, conſcientiam examinando, ne indignè man-  
ducet, i. Cor. II. & iniuriam feciſſet Paulus, i. Cor. 5, ci  
qui cum nouerca peccauit, quod eum tradidit Sathan  
& excommunicauit secundum corpus, ad pœni-  
tentia coegerit &c. potuiffet dicer: Ecce grauiter pe-  
ccati, ſed vade, accipe Sacramentum ad remiſſionem  
peccatorum &c. Vides hic qui ſint, qui non ſecundū  
inſtitutionem Christi utuntur hoc Sacramento &c.

Sexto, forma ergo Ecclesie Catholice eſt, ut pri-  
mum conſitearis, & abſoluari a peccato. Ad hoc e-  
nim claves ſunt ordinatae, Ioan. 20. Si manducatio tol-  
let peccatum, ad quid opus eſſent claves? Secundo,  
Abſolutus a peccatis, communicat ad incorporatio-  
nem cum Christo, ut conforteris per Sacramentum,  
ne facile recedas a Christo, cadas a fide, & in peccata  
aque Scandala, Ioannis ſexto. Qui manducat me,  
manet in me, & ego in eo. Et iterum, Nisi manducae-  
ris carnem filij hominis &c. Remiſſio igitur pecca-  
torum non conſiſtit in manducaione, ſed fide, quia  
tredo hoc corpus & ſanguinem pro me traditum,  
blatt. 26. Memoria non eſt actus crucis.

C O M.